CLEMENS PP. X.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 27 (81)

Dilecti filij salutem et aplicam ben. Spirituali consolationi vrae quantum cum Domino possumus benigne consulere, vosque specialibus favoribus et gratijs prosequi volen., et a
quibusuis excoīs suspen., et interdicti alijsque eccliae sentijs, cen. et poenis a iure vel ab homine quavis occaone vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existitis ad effum
prntium tantum consequen. harum serie absoluen. et absolutos fore censentes. Supplicibus vro nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, vobis qui (ut asse-
ritis) terrae seu loci Montis Castri Mediolanen. seu alterius dioc. Iurisdictionem temporalem in illo insimul exercentes Comites existitis ut in privatis domorum vrae
habitationis in Civitate et Diocesi Mediolanen. existen. oratorijs ad hoc decenter muro extructis et ornatis seu extruen. et ornan. ab omnibus domesticis usibus liberis
per ordinarium loci prius visitan. et approban. ac de ipsius Ordinarij licentia eius arbitrio duratura unam missam pro unoquoque die, dummodo in eisdem domibus
celebrandi licentia quae adhuc duret alteri concessa non fuerit per quemcumque sacerdotem ab eodem ordinario approbatum saecularem seu de Superiorum suorum li-
centia regularem sine tamen quorumcumque iurium parochialium praeiudicio, ac Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, et Nativitatis Dni nri Iesu Christi alijsque solemni-
oribus anni festis diebus exceptis in vestra, ac natorum, et consanguineorum vobiscum insimul in eadem domo commorantium, necnon quoad oratoria rurii existentia
etiam in hospitum nobilium virorum pntia celebrari facere libere et licite possitis et valeatis, ac quilibet vrum possit et valeat aplica auctte tenore praesentium concedimus et in-
dulgemus. Non obstan. Constnibus et ordbus aplicis caeterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem quod familiares vri servitijs vris tempore dtae missae actu non neces-
sarij inibi missae huiusi interessen. ab obligaone audiendi missam in Ecclia diebus festis de praecepto minime liberi censeantur. Dat. Romae apud S. Mariam Maiorem
sub Annulo Piscatoris Die XI Decembris MDCLXXV. Pontus Nri Anno Sexto

J. F. Slusius

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1880036444-11/fragment/page=0001
DFG

1675 11/XII

Dilectis filys Christierno et Uberto fratribus
de Stampa nobilibus mediolanen seu
alterius Ciuitatis vel dioc

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 27 (81)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1880036444-11/fragment/page=0002